


108



106

112

patet P. 1. fol. 291. B. Est enim secta illa quasi caput omnium praeteritarum et ad effectum malitiae in tantum pervenit, ut jam ecclesiae preces ei ad salutem nequaquam prosint. Indicium divini odii ad sectam illam est, quod Deus promisit, ut cultoris Dei nomen usurpare sibi praesumeret, quod quantum apparet in hoc, quod potius voluit, ut idola colerentur, quam quod a reprobis coleretur Deus, cuius mysterium ignorant: minor est enim culpa idololatriae, quam Deum ficte colere, unde plures idololatralia fidem Christi receperunt, de ficta autem Deum colentibus rarissime convertuntur. De his vide latius in Tract. Fratris N. inter Turcos captivi Ordinis Praedicatorum, qui de vita, moribus et cultu Saracenorū et Turcorū mira expertus scribit.

102

117

097

157

057

207

007

Porro unam observantiam servant de qua nostri plurimum mirantur, quia scilicet vino pro potu non utuntur in omnibus suis regionibus et utentes eo pro tempore tamquam transgressores habentur legis Machometi, qui hoc mandavit. De causa autem lationis illius legis nostri multa scribunt. Ipsi vero dicunt, quod quia vini potus ratus est usum rationis privare et corpora sordida reddere, ideo non licet eis bibere; abstinent enim multum diligenter ab his, quae corpora foeda et immunda facere possunt, sicut vini usus facit. Unde sententia: Quid turpius ebrioso, cui foetor in ore, tremor in corpore ejus, mens alienatur, facies transformatur? Inductus autem fuit Machometus ad statuendam illam legem primo et principaliter a diaboli persuasione, qui mediante Machometi immanissima tentatione turbare fideles conabatur, virtuosa scilicet apparentia et falsa sapientia, quam per vini abstinentiam in Sarracenis radicare sciebat, sicut et vera vita virtuosa et sapientia ac devotio faciliter in non utentibus vino crescit. Ut ergo Sarraceni liberius animum transferrent ad illas fictiones et materialem quandam maturitatem et corporalem aptitudinem acquirent, qua vacare possent virtuosis apparentiis, vinum eis, quod laetificat etiam probos et bonos, inhibuit. Sunt enim in exterioribus multum disciplinati et (B) compositi, tranquilli, benigni, inter se pacifici, patientes et humiles in vestitu, in aedificiis et in orationibus assidui, ac si essent regulam alicujus religionis professi. Ad haec autem omnia et hujusmodi valde juvat vitatio potus vini. Haec ergo eorum maturitas et virtuosa apparentia multos Christianos in fide nostra titubare fecit et multos seduxit majusque no-

Ende

Anfang